65

65

STATUTA

Capitularia

Ecclesiæ Insignis Collegiatæ

Sandomiriensis.

CAJETANUS JNATIUS.

SOLTYK

Dei et Apostolicæ Sedis gratia Episcopus
Cracoviensis Dux Severiæ
Ad perpetuam rei memoriam

Die 9na Februarij 1780.

Caput. I.

De receptione Prælatorum et Canonicorum.

Canonicus ingressus Prælatorum et Canonicorum ad hanc Ecclesiam Collegiatam fiat per introductionem sive installationem Personæ legitime institutæ sive ejus Mandatarij officiosè constituti, in Capitulo Generali sive Partiali. Cujus installationis Actus connotetur, de die et Anno, cum enuntiativa Institutionis et Præsentationis, aliarumq circumstantiarum notatu dignarum. Erit autem perpetuus et immutabilis installantorum Prælatorum et Canonicorum ordo, quod in Choro dextro obtinebunt locum: Præpositus Archidiaconus Scholasticus, et post Eos Canonici Præbendarum, Krzczonowska, Bielejowska, Piekarska, Dziewkowska, Kobiernicka, Pænitentiarius et Concionator unus. In choro autem sinistro Decanus, Cantor, Custos, et Canonici Præbendarum Dwiekozka, Kunicka, Zajączkowska, Radoszycka, Annularis, Mydłowska, Concionator alter et Procustos, servato utrobiq suo inter Canonicos senio seu antianitate.

Caput. II.

De Fidei Professione et Juramento.

Professio Fidei et Juramentum super observandis Statutis ab omnibus Prælatis et Canonicis circa Installationem exigatur, quod etiamsi per Mandatarium circa Introductionem præstitum fuerit, tamen etiam installatus Principalis antequam in Capitulo consideat, personaliter in Generali vel Partiali Capitulo præstare teneatur, intra decursum anni unius

Subpriu.

3

sub privatione vocis activæ et passivæ, quodsi diutius ultra annum moram traxerit, ut sæpius evenit, Judicio Capituli, sin vero pluribus annis, actioni Procuratoris in Judicio Ordinario instituendæ erit obnoxius. Rotha autem Juramenti talis esto: Ego N.N. Insignis Collegiatæ Sandomirien. Præpositus vel Canonicus &c. spondeo, voveo, ac juro, quod Statuta Capituli hujus, quod ingressus sum, Authoritate Ordinaria approbata, nec non laudabiles Consuetudines vim legis habentes, pro posse et ipse observabo, et observari ab aliis quantum in me erit procurabo, Secretum in Sessione Capitulari impositum nemini pandam, pro puniendis transgressionibus vel fraudibus in elusionem statutorum commissis libere loquar et instabo, nullo habito respectu amicitiæ, nexus sanguinis, vel dignitatis Personarum quarumvis, eadem Statuta transgredi vel eludere præsumentium, sic me DEUS adjuvet et hoc Sanctum DEI. Evangelium.

Caput. III.

De Cappalibus solvendis.

Nullus Prælatorum et Canonicorum recipiatur, priusquam ratione Installationis, Cappalia omnibus Ecclesiis Cathedralibus et Collegiatis usitata solvat ad manus Procuratoris, Massæ Sacristiæ applicanda, et quidem omnes Prælati et Canonici Præbendarum Dwiekozy Zajączkowice, et Kunice floren. Polon. ducentos, reliqui

Canonici

Canonici florenę centum, Notario Capituli florenę decem. Collegio vero Vicariorum florenę viginti, non praejudicando liberalitati sponte offerentium, aliquod ornamentum pretiosius in rem Ecclesiae, salvo tamen contingenti Notarij et Vicariorum. Quodsi quis per Mandatarium installari voluerit, id nullatenus obtineat, nisi per eundem Mandatarium praescriptam Nomine Cappalium summam ac praedicta contingentia ante Actum Installationis exsolvent, alias si Mandatarius pro Installatione instans quietantias de praemissis persolutis non produxerit, nullomodo ad installandum procedatur.

Caput IV.

De Capitulis Generalibus.

Capitula Generalia singulis annis duo celebrentur, alterum primis diebus Junij, dum Martyrum Sandominę memoria recolitur, alterum pro Festo Titulari Nativitatis Bssimae V. Mariae, quibus Capitulis omnes Praelati et Canonici adesse teneantur. et in Ecclesia hac Collegiata pro primis Vesperis eorundem Festorum, aut saltem pro matutino comparere sub poena privationis medietatis consolationis, nec prius discedant, quam Capitulum terminatum fuerit, nisi aliter secum fuerit dispensatum. Quodsi alicui legale impedimentum venire non permittat, is per Literas, vel per Internuntium aliquem ex Capitularibus causam suae absentiae exponat, alias contumaces

et nulla

et nulla excusatione per Capitulum acceptata muniti, pro prima absentiæ suæ vice imperialem unum, pro secunda duos, pro tertia tres, et sic deinceps pro Fabrica Ecclesiæ solvere tenebuntur. quam mulctam per sequestrum quorumcunq̃ proventuum ad eos pertinentium Illustris Procurator exigat. Verum si pluribus annis successive absentes fuerint, Decreto Canonicæ Monitionis notentur, et Jurisdictioni Ordinariæ tanquam Contemptores Constitutionum Canonicarum et Capitularium deferant.

Caput V.

De Ordine tractandorum in Capitulo.

In crastino Festorum prædictorum si non sit Dominica impeditum, præmisso pulsu majoris Campanæ, Missa Solemnis Votiva de Spiritu Sancto celebretur, in assistentia omnium DDm Capitularium, quâ finitâ omnes Locum Capitularem ingressi consilia sua auspicabuntur à precibus eo nomine præscriptis, Actusq̃ celebrandi Capituli per Secretarium connotabitur, cum specificatione præsentium Personarum Capitularium, et emundatione aut condemnatione absentium, Tuor statim eodem ac subsequentibus diebus aliquot Capitula præsentium Statutorum perlegantur, ita, ut omnia durante Capitulo Generali percurrantur. Deinde

Acta

Acta praeteriti Generalis Capituli et subsequentium Particulium relegantur, et ex iis tractanda, aut executione complenda per Praesidentem notentur. Ante omnes autem materias ratio Cultus Divini ampliandi et manutenendi pertractetur. Tandem Cathegoriae ex Actis anterioris Capituli emergentes discutiantur, et ad extremum illationes per DD. Capitulares sigillatim deponendae audiantur, et universa ac singula Decretis et Conclusionibus opportunis stabiliantur. Singulae verò Sessiones secundum laudabilem consuetudinem Psalmo de Profundis, cum collecta pro Defunctis Confratribus concludantur. Sessiones autem Capitulares praefato tempore duntaxat antemeridianae et nullatenus pomeridianae, nisi id urgens, quae raro accidit, circumstantia postulaverit, habeantur.

Caput VI.

De tractu Capitulorum Generalium.

Quanto temporis intervallo Capitula Generalia durare debeant, determinari praecisè nequit, cum aliquando magna tractandorum moles enasci soleat, cui longum tempus impendere opus, aliquando verò modica agendorum Cathegoria aliquot diebus expedini possunt, proinde hac in materia statutum esto: Capitula Generalia tantum durare debere, quantum negotia et resolutione indigentia

postula

postulaverint. Si verò aliquod negotium considerabile in Capitulo Generali absolvi, ad aliud futurum Generale differri nequiverit, et partialis Capituli facultates excedere videatur, vigor Generalis Capituli ad praescriptum duntaxat effectum reservetur. Et dein negotium hujusmodi in Conventu saltim sex Capitularium expediatur.

Caput VII.

De Votis in Capitulo exponendis

Siquidem quod omnes tangit ab omnibus debet approbari, id circa in materiis majoris momenti omnium et singulorum Capitularium vota exquirantur, quae unusquisq; pro suo judicio et conscientia depromat, servata omni modestia et gravitate. Quae verò minoris sunt observationis, facta per Praelatum Praesidentem propositione, et sensûs quem desuper concepit, explicatione, poterunt per verbum Placet expediri. In exquirendis autem singulorum sentimentis, si aliquando et majori et seniori parti Capituli visum fuerit, poterit prudens Praelatus Praesidens ab inferioribus vota hujusmodi exordiri, praecipue si praesumatur, quod hi Authoritate majorum moti, sententiam ipsorum contra proprium dictamen

Sint

sint secuturi. Porro si in materia aliquam Personam Capitularem tangente, vel ad eadem quomodocunq; interpellata votandum venerit, is cujus negotium ventilabitur, vel interesse Persona ei conjuncta tractabitur, dabit deliberationi locum per suum ad extra secessum.

Caput VIII.

De Conclusionibus seu Decretis Capitularibus

In negotiis, quæ omnium calculum requirunt, non potest Conclusio Capitularis, præsertim illa, quæ vim Decreti Capitularis omnes obligantis sit habitura firma subsistere, si unus et alter ei contradicat, modo cum ratione et Juris fundamento. In aliis verò Cathegoriis habenda est ratio majoris et sanioris partis Capituli seclusa tamen fraude et dolo. alias liberum esto contra hujusmodi Conclusionem protestari, quod Secretarius Capituli annotare teneatur. Universa verò et singula Decreta postquam formata fuerint, publicè perlegantur. et si quis rationabilem aliquam clausulam, vel terminum apponi desideraverit, audiatur. Terminarium verò hujusmodi Conclusionum in fine Capituli per Prælatum Præsidentem subscribatur. et dein in volumen Actorum descriptum, in futuro Capitulo Generali sub eorum lecturam per unum ex Capitularibus confrontetur, seu collationetur.

Caput IX.

De Secreto Capitulari

Expedit pro ratione decentiæ et gravitatis, ut ea quæ in Capitulari peraguntur, non sint lippis et tonsoribus nota, stricti verò secreti obligatio in eo sita esto, quando Prælatus Præsidens secretum servandum indixerit quod quicunq violaverit, noverit se perjurum fore, id tamen secretum frequentius et sine causa non imponatur, quam duntaxat in materia Ecclesiæ et Capituli indemnitati, vel alicujus Personæ honori aut fortunæ præjudiciosa. In eo verò consultantes Prælati et Canonici capite præsenti obstringuntur, ne quisquam eorum extraneis revelet, quale votum quis dederit, favorabile an contrarium interesse habenti, cum ex tali revelatione ordinariè odia pullulant, et indignatio concipitur, quandoq contra justè et secundùm conscientiam et Legem votantes.

Caput X.

De Decretis Capituli non retractandis

De Juris regula, quod semel placuit, amplius displicere nequit. Quapropter Decreta Capitulorum Generalium semel deliberatè condita et prolata, absq gravibus causis revocare aut retractare nefas esto. Verùm tamen si pro evidenter meliori bono, vel ex ratione ponderosa ea explicari, circumscribi, aut simpliciter revocari expedierit, id

non

non fiat preterquam in altero Capitulo Generali, et de omnium consensu, nemine ut dicitur contradiente, et si quempiam ex Capitularibus tangit, eo protunc ex Capitulo secedente.

Caput XI.

De Presidentia in Capitulo.

In absentia primi Prelati, presideant Capitulis ceteri secundum sua Dignitatis, seu Personatus turnum, in defectu verò Prelatorum et Dignitatum etiam Canonici juxta suam antianitatem, dum modo tamen in Sacris sint, quod tam de primo Prelato, quam reliquis Dignitatibus et Canonicis intelligi debet. Si autem hoc statuto à Presidentia excludantur, qui rationibus Capituli sunt obnoxij, vel alias omninò ad eam inhabiles judicantur, quod ex vobis Capitularium dependebit. Procurator Canonicus si sit in senio, à presidentia non est removendus, nisi in materijs Procuratoriam respicientibus, pariter etiam Canonicus Procustos, si prerogativa antianitatis polleat, presidere poterit, non tamen tunc, quando deficiente substituto ejus, Capituli Notario, ipse perse, munus Secretarij exercere debet, quia hoc cum Presidentia est incompatibile.

Caput XII.

De Capitulis Partialibus.

Capitula Partialia juxta antiquum prescriptum semel in mense

in qualibet septimana celebrentur, idq; non alio quam die Sabbathi, aut eo impedito die Veneris praecedente. In quibus negotia tractentur Ordinaria et leviora aut ea quae moram non patiuntur; in expectando Capitulo Generali, idq; provisionaliter tantum et sub ratihabitione Capituli Generalis. In his examinari debent praesentiae et carentiae DDm Residentium, et punctatura subscribi. Distributiones septimanales expedire, et si quae negotia per Capitulum Generale, sunt Partiali commissa; executioni demandari. Ad haec si quid piam circa instantaneam Ecclesiae et ei annexorum reparationem necessarium fuerit determinari, dum modo de extruenda aliqua de novo fabrica nihil statuatur. In defectu vero praemissorum, si Sessio Capitularis nihil quidquam ad agendum habuerit, eo casu in vim consultationis, aliquot Capita praesentium Statutorum perlegantur, idq; ne ob carentiam materiae ullo unquam tempore Capitula Partialia in desuetudinem abeant.

Caput XIII.

De Actis Capitularibus.

Acta Capitularia exemplo antiquitatis in volumen transcribi solita, exacte compilentur, et in Archivo Capituli conserventur; ne cuipiam alteri, praeterquam Praelato, aut Canonico Residenti, qui ea legere voluerit extradantur, et quantocyus recipiantur. Quorum Compilator et Conser-

vator.

vator ex Officio suo erit D. Canonicus Procustos, sive cum Ejus attendentia substitutus suus Notarius Capituli et Secretarius. Qui etiam Terminarium eorundem Actorum tamdiu conservabit, donec in Capitulo Generali subsequenti lecta et cum eodem collationata fuerint. Cum in extrahendis hujusmodi Actis prudens semper animadversio habeatur, ne cuipiam in prejudicium Ecclesiæ, vel Capituli, aut Personæ Capitularis extradantur, in negotiis verò majoribus extractus ex Actis non aliter nisi cum consensu Prælati vel Canonici Residentis, et non nisi habenti Jus extractum aliquem petendi concedantur.

Caput XIV

De Bonis et Proventibus Fabricæ Ecclesiæ

Bona Villæ Labro ex antiquo habentur pro Patrimonialibus Fabricæ Ecclesiæ, cui præsenti statuto annectuntur etiam Bona Villæ Opozzæ, cum adjuncto proventu ex annis Gratiæ post cessum vel decessum Prælatorum et Canonicorum, ac alio sparsim in statutis et Decretis Capitularibus, assignato, sacro sanctè cavendo, ne reditus eorum in alios quam Fabricæ Ecclesiæ usus convertantur; tollendo antiquiorem consuetudinem ut aliquid ex iis possit in consolationem impendi.

Caput XV.

De obligatione sextam partem Proventuum de Prebendis solvendi.

Quoniam ad præsens Fabricæ, ac distributionibus quotidianis, aliunde sufficienter est provisum, et bona Villæ

Opozzæ

Opoczka, quæ ante hac Consolationi Capitularium deserviebant, Massæ Fabricæ Ecclesiæ vigore præsentium statutorum adscribuntur, idcirco anterius statutum quo Prælati et Canonici ad sextas partes proventuum fundorum suorum primitive Massæ Distributionum quotidianarum, successivè verò Fabricæ Ecclesiæ persolvendas adstringebantur, taliter moderationi subijcitur, quatenus eas Prælati et Canonici exigente duntaxat Ecclesiæ necessitate, aut ruina, contribuere teneantur, ex ex prævio Capituli Generalis Decreto, cui saltim major aut sanior pars subscripserit, toties quoties judicabitur expedire, et non alias. Taxa verò hujusmodi sextarum uniuscujusq Prælaturæ et Canonicatûs partium hæc servabitur; ut Præpositus pro tempore existens solvat Floren. Pol. 100 Decanus floren. 100. Archidiaconus floren. 50. Scholasticus floren. 100. Cantor floren. 100 Custos Floren. 120. Canonici Præbendarum Dwiekozy floren. 150. Zaiączkowice floren. 70. Kunice floren. 60. Kobierniki floren. 50. Turbia ex reductione Lubieniana floren. 40. Reliquæ Præbendæ Canonicales per Decretum Visitationis Lubienianæ taxationi Capituli subjectæ persolvent Krzczonowska floren. 30. Radoszycka floren. 10. Bielejowska floren. 15. Dziewczenska floren. 10. Piekarska floren. 20. Mydłowska floren. 10. Pœnitentiaria floren. 5. Procustodia floren. 10. Canonicatus utriusq Concionaturæ singillatim floren. 5. Jam verò Præbenda annuli Reginalis postquam dotem sive rehabuerit, sive acquisiverit, moderamini Capituli reservatur.

Sivero

Si verò emergentes Ecclesiæ et Capituli necessitates tam essent graves et sumptuosæ, ut iis sexta pars supra taxata sufficere non possent, eo casu ducta proportione Capitulum ad octavas et decimas /: prout circumstantiæ postulabit :/ partes Fundorum solvendas DD. Prælatos et Canonicos obstringet, Decreto suo à saniori parte proferendo, quod Authoritatis Ordinariæ firmitate muniri debebit, ut facilius rigor Sequestri /: qui in hujusmodi Decretis ordinariè apponendus est, per Procuratorem effectuandus :/ executioni demandari possit. In talibus insuper Decretis ad octavas vel decimas partes exbursandas obligantibus stringendi sunt Capitulares ad ampotanda redituum Fundorum suorum annuorum Regestra, eaq vera et realia esse verbô honoris capitulariter asseverare et testari tenebuntur, ut ex hujusmodi regestris justa determinatio fieri valeat, quantum nomine injuncta partis octavæ aut decimæ exsolvere debeat unusquisque.

Caput XVI.

De anno Gratiæ Ecclesiæ solvendo.

Antiquo statuto in viridi semper observantia existente cautum erat, ut annus gratiæ post obitum vel decessum Prælatorum et Canonicorum non obstantibus Constitutionibus Provincialibus, pro Fabrica hujus Ecclesiæ solveretur, quod etiam præsenti statuto laudatur et canonisatur, ea ratione ut si Prælatus vel Canonicus decedit in primis tribus Mensibus anni, annus gratiæ his Mensibus

correspondens seu quarta pars annuorum Proventuum defunctum titulo anni gratiæ concernens Fabricæ Ecclesiæ cedat. Si decedit in secundis tribus Mensibus quoniam jam mediatas proventuum annorum titulo anni gratiæ defunctum spectabit, non tota hæc mediatas, sed dimidium ejus tantum Fabricæ persolvi, alterum dimidium defunctum concernere debet. Si in tertiis tribus Mensibus moritur, siquidem morientem tres partes annuorum proventuum concernunt, tertia pars Fabricæ defuncto duæ cedant. Si denique obit in reliquis ultimis Mensibus tribus, quoniam titulo anni gratiæ totum annuum proventuum lucratur, ex hoc quarta Mappæ Fabricæ exbursari debet, ex quibus omnibus enucleatis dilucide constat, quod nomine anni gratiæ quarta pars tantum annuorum proventuum cujusvis Beneficii post morientis ad Mappam Fabricæ pertineat, quam partem Illustris Procurator ab executoribus defuncti, sive a successore in Beneficio, si aliquid ex fortuna defuncti in manibus suis habeat, et nonalias nec aliter, vindicet, quam si intra annum non persolverint, si è gremio Capituli sunt, voce activa et passiva ipso jure priventur; contra extraneos verò actio in Judicio Ordinario sedulo instituatur: Quod ut exactius et sine difficultate prestari queat, meminerint DD. Capitulares se ad eam dispositionem in testamentis faciendam esse obligatos.

Caput 17

Caput XVII.

De Bonis Mensæ Distributionum quotidianarum.

Decretis Visitationum in executionem deductis et Beneplacito Sedis Apostolicæ roboratis, Fundus Canonicalis Villæ Turbia pro tribus partibus proventus in distributiones quotidianas Mensæ Capitulari adscriptus nec non dos et reditus Beneficii Parochialis Sandomiri et Filialis in Samborzec cum Prædio Kamien dicto, ac Decimis et Censibus Ecclesiæ Parochiali servientibus ad eum finem Beneplacito Apostolico applicati, nec non pensio annua florenorum 300. ex Proventibus Custodiæ noviter resuscitatæ, cum alijs contingentijs, naturam bonorum Mensæ Capitularis habebunt, eorumq; Proventus non ad alium finem et usum, quam pro Distributionibus quotidianis et Consolationibus Capitularium convertentur.

Caput XVIII.

De Distributionibus quotidianis.

Quoniam dignus est Operarius mercede sua, eo respectu designatus est supra descriptus proventus in quotidianas Distributiones Prælatis et Canonicis residentibus, ac Officiis Ecclesiæ advigilantibus, cujus determinatio in singulas Septimanas de anno in annum dependebit à Capitulo Generali habita proportione annuæ importantiæ et Consolationis venientium

pro

pro Capitulo Generali, detractisq expensis in lites et conservationem Bonorum erogatis. Quarum quidem distributionum ordinarius Dispensator erit D. Canonicus Procurator, arbiter autem Capitulum quodvis Partiale, cujus Officij erit prævio examine punctaturæ contingens septimanale pro unaquaq Persona ex residentibus moderari, et dispartimentum subscribere, servata rectitudine, ut nemini inferatur injuria. Quod autem hactenus non fuit determinatum, præsenti statuto declaratur, ex distributionibus ante omnia cedere debere florenq duos pro singulis Missis summis Dño Prælato vel Canonico, qui eas in septimana cantaverit. reliqua quota in æquales sortes pro ratha præsentiæ dispartita. Ne autem contigat fraudes aliquas committi per fingentes se pro præsentibus ad effectum lucrandarum distributionum, quod facile evenire posset ex negligentia vel conniventia illicitata Punctatoris, ut circo ut talibus maturè medela adhibeatur præsenti statuto sancitur, Punctatorem juratum omnino esse debere, ut religione et vinculo juramenti obstrictus majori sedulitate attendat DDm Capitularium interessentijs.

Caput XIX.

De Residentia Prælatorum et Canonicorum.

Quia Beneficium datur propter Officium, et tam

Nomen

Nomen Canonici et etymo suo importat continuum Ecclesiæ obsequium, quam ipsemet Collegiatæ titulus Cathedralibus quo ad suas prærogativas æquiparatæ et distributiones quotidianas habentis, omnino Prælatos et Canonicos obstringit si non ad continuam, saltim ad jugem justa morem Provinciæ residentiam præstandam. Quoniam verò omnem obligationem servitij, emolumentis, quæ quispiam percipit proportionatam esse æquitas postulat, ideo inpunito quoq; materiæ præsentis habita ratione proventuum Personarum Capitularium sancitum esto ut Prælati omnes et Canonici Fundorum Dwickozy et Zaiączkowice, veluti in redditibus ditiores, per tres continuas hebdomadas quovis annô, Canonici verò religiosi per duas tantum circa Ecclesiam residere teneantur, ita ut, à primis Vesperis Dominicæ primæ Mensis Septembris turnus Residentialis Dnô Præpositô currere incipiat, Sabatho verò tertiæ Septimanæ tempore meridiano finiri debeat, deinde consecutive simili ratione, tam trium quam duarum respectivè hebdomadarum cæteris Dnis Prælatis et Canonicis turnus fluat, ut totus anni circulus peragatur, quo residentiæ turnalis tempore debebit unusquisq; eorum Officiis Divinis præesse, Vesperas Dominicarum et Festorum tam primas quam secundas celebrare, Summas Missas seu Conventuales diebus præscriptis canere et cætera quæ Officianti Ordinario incumbunt, absolvere et peragere. Quibus autem ob causas rationa-

les non erit liberum residentiam turnalem, et ejus munia per se obire, habeant facultatem hanc proviniam per substitutum unum è medio Capitularium in Actis Capituli inscribendum adimplendi, quo casu Prelati et Canonici duo ad trium hebdomadarum residentiam obligati, Capitulari pro se Officiatura floren. 30. Massæ Sacristiæ floren. viginti, reliqui vero Canonici pro se Officiatura floren. 20 Massæ Sacristiæ floren. 10. persolvere omnino contemporaneè inscriptori substituti tenebuntur. Quodsi quempiam Capitularem adeò dura cervicis esse contigerit, ut nec per se residere, nec substitutum legitimè inscriptum habere curaverit, talis ad multam Florenorum centum Decreto Capituli sive Generalis sive etiam Partialis condemnetur, quam nisi intra sex Menses à prolatione Decreti realiter ad manus Illmi Procuratoris enumerari fecerit, ipso facto duplum persolvendi obligationem contrahat, ad effectum hujusmodi floren. 200 repetendi, Sequestrum proventuum condemnati relaxetur, quo mediante Illustris Procurator preditum duplum vindicet, ex quo floren. 50. pro absente Officianti, reliquum Sacristiæ cedat, si verò ante lapsum sex Mensium priorem multam floren. centum exhausaverit, florenos ex illa 40.

Officium

Officiis, reliquum Sacristia percipiat. Quia verò consentaneum est, ut primo accedentes ad gremium Capituli, speciale obsequij erga Collegiatam exhibeant specimen, prascriptum antenius innovatur, quatenus noviter installati quasi tempus probationis explendo ad residentiam continuam huic Collegiatæ prestandam per tres Menses à die Installationis suæ absq; interruptione continuandam teneantur, et alias ab hoc onere liberi non censeantur, nisi Massæ Sacristiæ florenos octuaginta persolverint, qui verò hanc mulctam luere noluerint, substitutos suos pro Mense vel Mensibus ex mutua conventione quomodo libuerit consolandos in Actis Capitularibus inscribendi libertate gaudeant, quo casu Massæ Sacristiæ tantum floren. 20. enumerare sint adstricti. Per hanc vero trimestrem noviter Installatorum residentiam, series turnorum supra descripta nullatenus læsi aut confundi potest, sed una independenter ab alia perpetuam et continuam observantiam habeat.

Caput XX.

De modo lucrandi Distributiones quotidianas.

Distributiones quotidianas ut aliquis Prælatus vel Canonicus lucrari possit ne ipse habebit Ecclesiam Collegiatam singulis diebus in habitu Canonicali, idq; sub tempus Divinorum Officiorum visitare.

Festis

Festis autem ad Populum alibribus et Dominicis diebus Processioni si peragatur; Missae Summae, Concioni, ac Solemnibus Vesperis interesse, stallumq̃ occupare, Processionibus omnibus de praescripto Ritualis in anno peragi solitis, ac de novo indicendis, nec non matutinis in Festis Nativitatis Domini, Hebdomadae Sae Resurrectionis, Pentecostes, Corporis Christi, et Festivitatibus Bssmae Vae Mariae et OOm SSm item Officiis Divinis in die Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum assistere, alioquin distributiones non faciet suas. Capitulares infirmi tamen ex residentibus, vel Jubilatione legitima ob praestitum Ecclesiae 40. annorum obsequium a Capitulo privilegiati, si tamen actu resideant, aut etiam negotiis Capituli sive Sandominiae occupati, sive alio missi et delegati, tum et Canonicus Procurator, poterunt ex iis participare, quamvis praemissa non adimpleverint, sed re prius in Capitulo saltim partiali discussa, ita ut Canonico Procuratori, nisi sit penes Ecclesiam residens, aut defacto ob negotia Capituli peregre profectus, hujusmodi distributiones non currant. Illustres Canonici Concionatores eo Festo vel Dominica, quo vel qua in Collegiata praedicaturi sunt, ab interessendo primis Vesperis quamvis solemnibus,

et toti

et toti Devotioni matutinae etiam supra specificatis diebus liberi censeantur, nihilominus pro praesentibus ad effectum consequendarum Distributionum habeantur; Illustris quoq Poenitentiarius diebus Festis et Dominicis ante meridiem eo tempore, quo reliqui in Stallis esse debent, Sedem Confessionalem occupans, praesens censeatur. Illmus Archidiaconus actu Visitans, nec non quilibet Illustris Capitularis ab Officio Generali Ordinario, non ad instantiam partium, sed ad instantiam sive Promotoris Fiscalis, sive motu proprio Judicij ad Inquisitiones expediendas, sive alium quempiam actum cito transitorium et longas moras non requirentem peragendum destinatus, tum unusquisq Capitularium, neminem excludendo, in aliqua Ecclesia Sandominiae consistente /: visitata tamen Ecclesia Collegiata, et facto verbo cum Capituli Praeside protunc praesente :) praedicans vel solemniter celebrans, similiter qui ex Ecclesia et Stallo tempore Divinorum Officiorum ob graves vel vel rationabiles Causas cum venia Praesidentis et expressa facultate evocantur /: dum-modo tamen in praemissis omnibus nulla fraus et dolus interveniat, qui iniquis et dolosis participatoribus patrocinari nequit, quin ad restitutionem immerito perceptorum in conscientia obstringantur

gantur:/ pro actu praesentibus et interessentibus ad lucrandas Distributiones haberi debebunt, ultra specificatos casus ex quacunq' causa ab Ecclesia, sive Divinis abessentibus, distributiones nullatenus currant, nisi ex aliquo novo et ad praesens non praeviso emergenti aequitas postulaverit, alicui per Capitulo Generale tantum currentiam Distributionum pro brevi temporis intervallo absentiae, sed in veram ac realem Collegiatae utilitatem impenso adjudicari, quo tamen casu injunctum sit DDs Capitularibus, ut nullius affectionis privatae motu, sed secundum Deum, Justitiam et conscientiam, sentiant et procedant. Quemadmodum porrò praesens Collegiata post Cathedralem inter Ecclesias Diaecesis hujus prima eminet, ita consentaneum est, Capitulares ejus adinstar Cathedrae Mensibus Vindemiarum et et Amicorum gaudere. A Festo igitur Visitationis Bssmae Vs Mariae ad Festum St. Michaelis quovis annô Menses Vindemiarum currant, quo toto tempore, dummodo Persona Capitularis Capitulo partiali Die Sabbathi, ac

ac Divinis

Divinis Officiis Dominica interfuerit, si nullum Festum ab populum celebre ea hebdomada incidat, tota hebdomada pro praesenti censeatur quodsi Festum in ea Septimana ab populum celebre occurrerit, et hoc eadem Persona Capitularis, quae Capitulo Partiali adfuit, et Ecclesiae in Dominica Officium praestitit, tali Festo non interfuerit, tunc solum modo hoc die Festiva ipsi pro absentia punietur, pro reliquis vero totius hebdomadae diebus pro praesenti reputetur. Nullatenus tamen hanc regulam sibi applicare poterunt Capitulares, tunc ex turno residentes, isti enim toto turni sui intervallo continui esse ariu Ecclesiam debent, Menses vero Amicorum ita intelligendi sunt, ut videlicet Capitularis, qui per tres Menses absq; ulla interruptione continuam ariu Collegiatam praestiterit residentiam, intuita hujus continuae trimenstrua residentia possit a Capitulo etiam Partiali petere duas Septimanas ex Mensibus Amicorum, quas ipse Capitulum verificata trimenstrua residentia indulgeat, ad effectum, ut per has duas hebdomadas etiam ab Ecclesia absens distributiones lucrari valeat. Qui vero per sex Menses absq; interpolatione continuam residentiam explevent, quatuor hebdomadas ex Mensibus Amicorum petere et obtinere poterit, nullus tamen tunc Septimanis Amicorum frui debeat, quando ad residentiam ex turno praestandam obstringitur, quia

hac

hac turnalis residentia ita privilegiata esse censeatur, ut nec Mensibus vindemiarum, nec Septimanis Amicorum quispiam in fraudem aut extenuationem ejus gaudere queat.

Caput XXI.

Om:

De Cæco Participante

Antiquissima consuetudo obtinuit, ut inter Participantes de Distributionibus quotidianis cæcus quidam participans numeretur, cui contingens alijs Residentibus æquale qualibet septimana persolvi, et singillatim reponi consuevit, quod etiam præsenti statuto innovatur, hujusmodiq provenientia pro expensis in lites, et vindicationem censuum ordinatur salvo ejusdem calculo in Capitulo Gnli discutiendo.

Caput XXII.

Om:

De Locatione et Arenda Bonorum.

Bona Villarum Żabno, Opoczka, Turbia, cum attinentijs item Prædium Kamień dictum, nec non sors Plebanalis in Villa Samborzec, quotiescunq in Arendam dimittenda erunt, negotium hujusmodi in Capitulo Generali definiatur, et Contractus describatur, idq anticipative et provisionaliter pro

futura

futura seu Nativitatis S.ti Joannis Baptistæ, seu Epiphaniæ Domini cadentia. Ad quam Arendam seu Conductionem bonorum censeri debent præferibiliores DD Capitulares, habita ratione senij et plus offerentiæ, inquantum aliquid aliud non obstet in contrarium, nunquam tamen Illustres Capitulares obtenta in tenulam Bona subarendare poterunt sub pœna trecentorum florenorum massæ Sacristiæ applicandorum, et alijs per Capitulum irrogandis. Casu vero, quo bona aliqua esent in possesione actuali alicujus extranei, sed exemij Œconomi, tunc Persona Capitularis non potent /: expirante extranei Contractu:/ tenutam dictorum Bonorum repulso extraneo pretendere, nisi eadem Persona Capitularis plus offerat, aut etiam ex optima Œconomia existimationem habeat, idq; ideo, ne Bona ex bonis manibus exuidant, ac propterea desolentur. Quod si evenerit, ut non subsecuta in Capitulo Generali dispositione, Bona prædicta vacare contigerit, Dnus Canonicus Procurator ea in administrationem recipiet, donec per Capitulum Generale aliud fuerit ordinatum, jam vero si quid aliter per Capitulum Partiale statutum fuerit, id totum irritum et inane pronunciatur.

Caput XXIII.

De Revisionibus Bonorum tam Capituli quam Capitularium et Curiarum.

Nullum

Nullum remedium efficacius dari potest tam Bonorum quàm Curianum in bono Statu manutendorum quàm frequens eorum revisio omnibus Capitulis usitata, quæ idcirco præsenti Statuto velut boni ordinis nervus et ratio sancitur, si Bona Capituli à nullo Tenutario possidentur, sed per Procuratoriam administrantur, sufficit ut ea ordinariè singulis triennijs formali revisione per duos è gremio deputatos Capitulares comitante Procuratore; qui alias in ipsis frequens esse debet; prevideantur et visitentur, extraordinariè verò quotiès necessitas et circumstantia aliqua postulaverit, qui quidem deputati Revisores totum et integrum Statum bonorum describere, reparanda connotare, augendæ importantiæ media espiscari, de omnibusq; præmissis Capitulum informare tenebuntur in scripto, ut omni meliori modo facienda prostentur. Dum verò Bona in tenutam sive extraneo, sive Capitulari dimittuntur, tam ante dimissionem revisio similiter per duos Capitulares fiat, statusq; integer in scripturam redactus in Archivo conservetur, quam ante expirium Contractus Tenutarij, ad effectum verificationis Status et Inventarij, sacrosanctè practicetur, idq; etiam si aliquis Tenutarius complures annos vigore pro-

rogationum

rogationum triennalium Bona possideret, ante quamlibet prorogationem eadem Bona omnino revideri debent. De Bonis autem particularibus Personarum Capitularium et Curijs sequens lex esto: quolibet anno in Capitulo Generali constituantur Revisores Bonorum seu Fundorum et Curiarum Prælatorum et Canonicorum
2. quatuor, qui in annos plures confirmari poterunt, sed nova quotannis constitutione horum Revisorum unum quilibet Prælatus et Canonicus fundum terrestrem et Curiam habens intra annum à die Installationis suæ computandum /: sub pœna centum florenorum Massæ Sacristiæ persolvenda, ad quam exigendam renitentium fructus et proventus sequestrare Illustri Procuratori concedetur:/ ad Fundum et Curiam suam conducere tenebitur, qui conductus Inventarium in forma, idest cum enuntiatione ædificiorum, supellectilis, limitum, Colonorum, latifundiorum, importantiæ totalemq; statum Bonorum sive Curiæ exactè describet, reparanda et injungenda observabit, singulaq; in Scripturam digesta Capitulo præsentabit, ut ijs perpensis et consideratis Decreto suo Possessori Fundi et Curiæ revisæ ea imponat, quæ imponenda ac inculcanda judicaverit, terminum ad impletioni eorum præfigendo, statusq; descriptus in Archivo conservetur, multiplicem utilitatem allaturus, ex eo enim de Inventarijs fundorum et de im-

portantia

importantia liquidò constabit. Ut autem Capitulo constare queat, de subsecuta inculcatorum Decreto suo adimpletione, intra annum ab elapso termino per Capitulum præfixo computandum, Possessor Fundi et Curiæ iterum unum præfatorum Revisorum conducat, ad verificandam Decreti Capitularis executionem, quàm re ipsa præstitam conductus Revisor Capitulo referet, ut congruis cumuletur laudibus, quodsi verò dictus Possessor intra annum ab expirato termino sibi assignato eundem Revisorem non conduxerit, ipsemet Revisor ex 2bus. quatuor unus ad inculcationem Capituli etiam Partialis teneatur ad Fundum vel Curiam descendere, indagareq; de subsecuta præcommissorum effectuatione, quam si re ipsa reperierit, protunc Possessor à quavis pœnalitate liber existat, sed duntaxat viales Revisori refundere tenebitur, si verò Decretum Capituli nonadimpletum observaverit, illicò facta relatione. Capitulum sequestrum omnium proventuum decernat, quod statim Illmis Procurator ad effectum deducat, reditus quosvis renitentis apprehendat, ex illisq; ad-

implementum

implementum Decreti Capitularis fieri curet, tam diuq eos in sequestro teneat, quousq omnia per Capitulum injuncta non effectuaverit. Quodsi aliquem Possessorem mors ita prævenerit, quin Decretum Capituli adimplere potuerit, cum ejus Executoribus Illustris Procurator pro vindicandis necessariis impensis agere satagat, Capitulum nihilominus summa prudentia in talibus uti meminerit, non prægravando Possessores, aut tanta imponendo, quæ integros proventus Fundi absumerent, alias frequentibus ad Sedem Ordinariam recursibus & quærelis contra se occasionem daret.

Caput XXIV.

De Officio Procuratoris.

Electio Procuratoris, Generali tantum Capitulo reservata esto: qui temere, nisi ratio gravis eum excuset, non debet Officium dedignari, etsi per triennium, salva quolibet reelectione, munus hoc sustinuerit, amplius nisi ipse consentiat, non debet molestari, cujus Officium erit, Proventus et reditus omnes Ecclesiæ et Capituli percipere, Bonorum, inquantum locata non fuerint, curam ge

rere

gerere, subditos in Officio retinere, renitentes punire, etsi à Tenutariis opprimantur, eosdem defendere, causas et actiones Capituli, [redacted] Foro et subsellio curare, distributiones inter Residentes partiri, Fabricæ Ecclesiæ et ejus necessitatibus providere, modo nihil de novo sine Decreto Generalis Capituli ædificet, Census universos vindicare et eos ad mentem Fundationum distribuere, Decimas exigere, Chorus Musicorum ut in numero competenti conservetur, attendere et ijsdem salaria singulis quartualibus persolvere, in omnibus vero prout bonum Dispensatorem et fidelem Oeconomum decet, res Ecclesiæ et Capituli administrare. Pro quo nomine gratitudinis annuatim percipiet florenos ducentos, ultra mercedem a Dño et gratam memoriam à Capitulo. Insuper in adjutorium laboris concedit ei Vice Procurator unus ex Clero Ecclesiæ magis idoneus, modo non Vicarius, qui salarij nomine habebit florenos 100 in singulos annos.

Caput XXV. Om:

De Censibus.

Cum

Cum plures summæ Capitales super varijs Bonis in censum annuum reemptionalem locatæ, et ad diversos fines huiusce Ecclesiæ sint adscriptæ, statuitur ut hujusmodi summarum Capitalium cum suis censibus tabella exactè per suos titulos & Fundationes descripta, in Capite libri rationum de censibus retineatur, et singulorum importantia una cum retentis, ne non eorum distributio in calculo Procuratoris examinetur. Quodsi aliquam summam Capitalem in alia Bona transferri contigerit, extunc in prædicta tabella posterior locatio transcribatur. Ipsa autem translatio summæ non aliàs, quam mediante Decreto Generalis Capituli admittatur.

Caput XXVI.

De Thesauro et Deposito Capitulari.

Ut secundum providum antiquitatis usum pro casibus contra Ecclesiam et Capitulum ingruentibus notabile aliquod pecuniarum depositum in thesauro semper habeatur, sancitè præsenti ordinatur, quatenus quam primùm summa aliqua notabilior ex varijs Ecclesiæ proventibus corradenda compiletur, et in depositorium arcæ ferreæ eo nomine comparatæ, et in

gazophylacio

gazophylacio Ecclesiæ locandæ immittatur; cuiq; singulis annis aliqua itidem summa ex Decreto Capituli designata et in registro specificanda adjiciatur, singulisq; Capitulis Generalibus revideatur, verificetur, nec unquam nisi in gravissima Ecclesiæ necessitate, et ex prævio Capituli Generalis Decreto aliquid inde deprimatur. Clavis vero duplex ab hujusmodi arca, altera penes Procuratorem, penes Prælatum aut Canonicum seniorem ex residentibus altera custodiatur.

Caput XXVII.

De Depositorio Proventuum Ordinario

Licet D. Canonicus Procurator sit generalis Depositarius seu Bursarius Proventuum Capitularium, non ideo tamen licitum erit illi notabilem pecuniam Capitularem undecunq; collectam penes se, aut Domi sua retinere, sed in deposito ordinario gazophylacij Ecclesiæ, idq; ideo, ne casu aliquo interveniente periculo damnificationis exponatur res Ecclesiæ, multò magis non erit illi liberum ad tempus etiam breve, sub pœna privationis vocis activæ et passivæ, alienum depositum in eodem thesauro Capitulari sub arbitratu conservare. Personarum Capitularium deposita suscipi poterunt, rarissime verò idq; de

Consensu

consensu Capituli sive Generalis sive Partialis, et ubi nullum timebitur periculum, etiam extraneorum, infaustæ tamen consequentiæ ex hujusmodi depositis persæpe pullulantes onerabunt conscientias DD^m Capitularium, ne se facile ad annuendum recipiendis extraneorum depositis dispensent.

Om: # Caput XXVIII.

De conferendis Beneficijs ad Capitulum spectantibus.

Quoniam ad electionem et Collationem hujus Capituli spectant non nulla etiam de gremio Beneficia, ut Archidiaconatus, qui de Bulla Leonis X. et plusquam centenaria ac non interrupta possessione semper fuit et est electivus, item Canonicatus utriusq; Concionaturæ, nec non Pœnitentiariæ, ac etiam Procustodiæ, ultra alia inferioris ordinis, idcirco quoties unum ex istis post cessum vel decessum vacare contigerit, tempore Capitulo Generali propinquo Electio et Præsentatio eidem Capitulo Generali salva manebit, sin vero remotiori tempore idest tribus mensibus ante cadentiam Capituli Generalis hujusmodi vacatio acciderit ad evitandam devolutionem Juris præsentandi, vigore statuti antiquioris expedientur in Capitulo Partiali. Literæ indictionis Capituli quasi Genera-

lis, cum termino 30 dierum, ad effectum convocandi DDs Capitulares saltim viciniores, et si Canonicatus Concionatura vacet, etiam invitandi concurrere volentes, et post-modum in cadentia termini Electio peragetur. Quo ad Electionem Archidiaconi indicio Capituli Authoritate solius sedis ordinariæ: et nullatenus Capitulari: fiet, imo etiam in Capitulo Generali acta consultante, Archidiaconi Electio absq; præfixione diei eligendi per eandem sedem Ordinariam faciendæ, negabit celebrari. Porro inferiora Beneficia quæ Collationi Capitulari subordinantur, liberum erit Partiali Capitulo cui voluerit conferre, habita tamen ratione Personarum de Ecclesia Collegiata bene merentium Presertim verò ad Mansionarias non præsentetur concurrentes nisi ultra qualitates per leges requisitas, pectore firme, voce forti, et sonora, cantusq; scientia insigniter præditi sint.

Caput XXIX. Om:

De modo eligendi ad hæc Beneficia

Antiqua praxi Sedes Ordinaria ad Archidiaconatum hujus Ecclesiæ vacantem consuevit duo subjecta è gremio hujusce Capituli non verò extraneu, quod hactenus fuit observatum, nominare, eaq; pro Candidatis proponere. Liberum

igitur

igitur manebit Capitulo unum ex his duobus eligere, ac deinceps præsentare, sed ad alios reliquos ut supra Canonicatus, plenum Jus et independens soli Capitulo competit. Quoad Canonicatus utriusq; Concionaturæ ex Concurrentibus et habilitatem per Conciones probantibus unum eligat, qui magis idoneus et Ecclesiæ utilis esse judicatur. Quod de Canonico Pœnitentiario, excepta probatione pariter est tenendum, nihilominus constare debet Capitulo Præsentandi Pœnitentiarij solida Theologiæ scientia, ne in illam Juris impingat regulam, quod Patronus Ecclesiasticus indignum præsentans, pro illa vice amittit Jus-Patronatus. Cujus quidem Pœnitentiarij præsentationi de Jure Erectionis subscribere etiam debet spectabilis Proconsul Civitatis Sandominien. Sed cum de Canonico Procustode agitur, cujus Canonicatus plures habere solet Competitores, attendat Capitulum, ut talem eligat, de cujus Fide, et dexteritate multum confidat, et qui continuam penes hanc Ecclesiam Collegiatam facere possit et debeat residentiam. In omnibus autem hujusmodi Electionibus servabit præscriptum Nm Canonum, ut non ex pluralitate, sed ex duabus tertiis votorum, Electio concludatur.

Caput XXX.

De Officio

De Officio Canonicorum Concionatorum.

Cum honori et utilitati huius Ecclesiae Collegiatae satis provisum esse dignoscitur, quod duo Canonici Concionatores ad onus praedicationis sunt instituti, qui alternis Mensibus conionari teneantur, studeant proinde egregiam in sua professione operam Ecclesiae praestare, aemulantes ad invicem charismata meliora, Ipsiq; perse et non per substitutos; nisi ex causa gravi per Capitulum Partiale approbanda aliud tolerandum esset; conionentur, dum enim unus eorum infirmatur, vel aliquo legali detinetur impedimento, alter alterius onera portet, salva compensatione mutua. Nam si in suo munere fuerint notorie negligentes, aut per substitutos absq; gravi causa per Capitulum Partiale approbata praedicationis munus absolverint, quacunq; id fecerint Septimana, sciant se distributionum illius Septimanae non esse capaces, etiamsi aliunde pro Residentibus censeantur, neq; etiam praesentiam lucrabuntur, si non adimpleverint ea, quae de modo lucrandi distributiones praescribuntur.

Caput XXXI.

De Officio Canonici Poenitentiarij.

Quia ad normam Ecclesiarum Cathedralium

etiam

etiam hoc Collegiata Canonicum Pœnitentiarum novissimis temporibus fundatum habet, Officium Ejus non debet esse Otiosum, quod ipsum ex vi Erectionis stringit ad Confessiones Fidelium excipiendas non tantum Dominicis et Festis diebus, sed etiam Ferialibus, quibus occupare tenetur Sedem Confessionalem, unde si hoc non fecerit, pro præsente in Ecclesia non reputabitur, quodsi aliquo die Festo vel Dominica Confessionale non intravenit, dimidia septimana refectionibus careat. Ut verò non tantum Stallo, sed etiam Jurisdictione ab alijs Presbyteris approbatis distinguatur, curet semper, ut Facultatibus absolvendi à Casibus etiam Sedi Apostolicæ reservatis sit præditus.

Caput XXXII. Om:

De Officio Canonici Procustodis.

Procustos Canonicus ex antiquo in hac Ecclesia cura Custodis fundationem ejus providentis, et Capituli beneficentia concurrente constitutus eo fine, ut Custodis in omnibus circa Ecclesiam vices gereret, necesse igitur est, ut si in suo Officio exactissimus, potissimum circa ea, quæ ad custodiam Sacrarij, nitorem Altarium, et Sacrorum paramentorum conservationem spectant, cum adjutorio Vicarij Vice Custodis, cujus et ipse attendentiam habeat. Illius etiam munus esto: Ordini

attendendo

celebrandorum Divinorum Officiorum et regularitati pulsuum advigilare, vinum et azymos panes ad sacrificia subministrare, de cera vero et seuo pro lampade coram V. Sacramento ansura sumptu Capituli providere, clausuram Ecclesiæ et Sacrarij, nec non Custodiam de nocte curare, ad quod Officij ipsius Jurisdictioni et imperio subjacebunt Sanctuarij huic Ecclesiæ deservientes, quos ut commodius ad obsequia Ecclesiæ disponere valeat, juxta antiquum usum unum Sanctuarium semper ad latus habere debet, per quem mandata sua cæteris intimet, sicut tamen religiosis Sanctuarijs, ita nec isto ad latus suum semper manente ad propria obsequia utetur, sub anim adversione Capituli. Quia vero ex vi suæ ad Capitulum admissionis et antiqua praxi retinet nomen et Officium Secretarij seu Notarij Capitularis, Acta Capitulorum terminare eademq transcribi facere, ac conservare, archivum ac Bibliotheam sarta tecta servare, et sigillum Capituli custodire, eaq omnia quæ ad munus Secretarij Capituli referuntur gerere et exercere. De consensu tamen Capituli Generalis potest habere substitutum Secretarium Capituli

pure

per se salariatum qui debebit ipse Notarius Publicus ac insuper intrando Capitulum juramentum super secreto servando prestare, per quem premissa omnia titulo Secretarij Capitularis se affuientia cum propria in omnibus attendentia; aliàs ipse non suus substitutus pro quovis defectu si et inquantum eveniente Capitulo est responsurus; exequetur. Quia verò premissa singula adimpleri haud valent absq residentia, ideo ad hanc circa Collegiatam prestandam Dnus Procustos stringitur, aliàs sæpe et longè absens, prima, secunda, et demum tertia per Decretum Capituli Generalis monitione ad privandum notetur, deindeq indilatè Sedi Ordinariæ ad sententiam privationis contra eundem proferendam deferat. Quamvis autem huusq Canonicus Procustos semper ultimum stallum absq prerogativa antianitatis occupare solebat, nihilominus quia justum est, ut tantam negotiorum molem, quanta ei incumbit, sustinens, cæteris Capitularibus quoad omnia coæquetur, presenti statuto in futurum ad consequendam antianitatem et cæteras prerogativas reliquis Capitularibus competentes admittus esse pronunciatur.

Caput XXXIII.

Om. De Coadjutoribus Dignitatum et Canonicorum

Cum omni fere tempore Collegiata hac Coadjutores sive Dignitatis alicujus, sive Canonicatuum habere soleat, omnino necessarium est, ut legibus quoque illos respicientibus polleat, ne in harum defectu dubia, et identidem scandalosae disceptationes pullulent. Sancitum igitur esto: Coadjutores Dignitatum et Canonicorum absentibus Coadjutis, Choro, Processionibus, Anniversarijs, ac omnibus generaliter officiis interessentes, distributiones ac quaevis emolumenta titulo praemissorum obvenientia in utilitatem suorum Coadjutorum /: si tamen isti circa Ecclesiam resideant, vel aliunde participationis distributionum, ac emolumentorum incapaces non existant, nec alias nec aliter /: lucrari debere, verum cum in hac Ecclesia omnes Praebendae censeantur esse Praesbyterales, ex quo omnibus Dignitalibus et Canonicis in turno residentiali onus cantandarum Missarum inhaereat, proinde ad effectum praedictas distributiones et emolumenta lucrandi eosdem Coadjutores, Praesbyteros esse oportere. Coadjuto infirmo, non valente, vel ob quancunque causam

etiam

etiam Jubilationis, ad interessendum perse non obligato, circa Ecclesiam tamen residente, Coadjutorem Presbyterum Sandominie existentem, stricto jure Ecclesiae inservire teneri, si nihilominus servitium non prestiterit, Distributiones Coadjuto/. dummodo nihilominus idem Missus et alia ex turno sibi incumbentia Officia per alium absolvi fecerit:/ punitandas non esse. Coadjutorem verò prefatum Presbyterum Sandominie existentem pro Coadjuto in casibus specificatis obsequium prestare culpabiliter negligentem, Capitulum etiam Partiale ad multam pecuniariam Masse Sacristie applicandam condemnet, in quota proportionata emolumentis, quae in utilitatem Coadjuti, servitium prestando lucratus fuisset. Coadjutore autem absente, vel Sandominia infirmo et nullatenus servire valente, Coadjutor ipsi nisi ex capite itidem infirmitatis, aut privilegij personalis ab interessendo per se immunis existat/ ad effectum lucrandarum Distributionum perse inservire obligatur. Coadjutores Dignitatum in Sacris existentes, absentibus Coadjutis, in stallis propriis Dignitatum sedebunt, Minoribus verò tantum initiati, post omnes Capitulares actuales ante Coadjutores Canonicorum etiam Presbyteros stalla occupabunt, servata inter ipsosmet Coadjutores Dignitatum praecedentia, Dignitatibus Coadjutis

competente

competente, praesentibus itidem Dignitatibus Coadjutis Coadjutores earum etiam Presbyteri, post omnes Capitulares actuales, jam autem Canonicorum Coadjutores tam praesentibus quam absentibus Coadjutis, sive Minoribus tantum, sive etiam Sacris initiati novissimum semper in stallis occupandis locum tenebunt, servatâ inter diversis ordinibus insignitos ex vi majoris ordinis, inter uno autem eodemq; ordine praeditos, ex prioritate Installationis seu antianitate profluente praecedentia. omnes Coadjutores tam Dignitatum quam Canonicorum, dum modo in sacris sint, tam absentibus quam praesentibus Coadjutis, Capitulo interesse posse, et absentibus quidem Coadjutis, vocis activae et passivae capaces existere, sola dempta praesidendi Capitulo praerogativa, quâ Dignitatum /: primam quoq; includendo :/ Coadjutores etiam Presbyteri gaudere nequeant. sed hoc ad inferiorem praesentem Dignitatem, vel Canonicum Seniorem pertineat, salva Coadjutoribus Dignitatum post locum praesidentiae in sedendo praecedentia, respectivis Dignitatibus Coadjutis propria. Praesentibus vero Coadjutis absq; voce activa, ut duntaxat negotia Capituli pernoscant, Capitulo

Capitulo interesse valeant, quo casu modum et ordinem sedendi supra pro stallis prescriptum observare teneantur.

Caput XXXIV.

De Archivo, Juribus, Privilegijs, Bibliotheca, Ecclesia Inventario Sacrarij et universa Sacra supellectilis.

Secretarij Capitularis appellatio importat Cancellaristam seu Archivistam, ideo Custodia Archivi et Bibliothecae universorum Jurium ac Privilegiorum tam generalium totius Capituli, quam cujusvis Praebendae Canonicalis Particularium D. Procustodi demandatur, et de Bibliotheca quidem statutum esto: ut Inventarium omnium Librorum unum in Thesauro Ecclesiae, alterum in manibus ~~Canonici~~ Illustris Custodis ~~Procustodis~~ servetur. Libri ex Bibliotheca Capitulari omnibus Praelatis et Canonicis commodari: / nontamen extra Civitatem efferendi: / poterunt, sed eos accipientes, debebunt se in libello ad id comparato subscribere, quod talem librum commodatum habeant, talij termino eundem restituent, adveniente termino Libros praesentabunt, et vel eos restituent, vel si longiorem usum habere velint, iterum se subscribent

tal

tali termino restituturos, et si deinceps Illustres verò Canonicatores, et Poenitentiarius, quamvis similiter se subscribere in praedicto Libello teneantur terminum tamen restitutionis praefigere non erunt adstricti. De Juribus autem et Privilegiis, quorum Inventarium studio et sumptu Capituli ad praesens est registratum, ut Capitularia in Archivo, Particularia verò in Repositorio consueto juxta fundos et Praebendas serventur, et quandocunq; necessitate exigente deprementur, ut intra annum sub poena suspensionis ab ingressu Ecclesiae comportentur, ordinatur. Dño Canonico Procustodi, ne in posterum ea absq; cautione de restituendo intra annum extradat sub poena decem marcarum inhibetur. Jam verò de Inventario Sacrarij et universa Sacra Supellectilis statutum esto, ut unum ejusdem Inventarij exemplar in thesauro seu depositorio Capituli, prout supra de Bibliotheca dictum est, alterum penes Dm ~~Canonicum~~ Illustrem Custodem ~~Procustodem~~ servetur, et in Generali Capitulo saltim singulis triennijs revideatur cum annotatione accessus vel decessus, sub onere conscientiae totius Capituli, quod pariter

observet

observetur circa Inventaria inferiorum Communitatum. Quidquid verò ad Sacrarium comparan, vel reficien, necesse fuerit, in singulis Capitulis Generalibus per Canonicum Procustodem innuatur.

Caput XXXV.

De Officio et Obligatione Sanctuariorum.

Ad obedientiam Dño Canonico Procustodi praestandam obligantur Sanctuarij ex fundatione Serenissimorum Regum Poloniae huic Ecclesiae adscripti, quorum munus et onus est antiquissimum, ut Ecclesiam noctu dieq; custodiant, eiq; et Sacrario deserviant, non per vices quidem, sed sumptu et impensis suis fovendo continuo duos nativos Possessionatos, quibus praevia exercitatione supellex Ecclesiae tutò committi possit, et pro quibus communitas Sanctuariorum sit in respondendo, his etiam togas talares providebit Massa Sacristiae, ut illis et superpellicis absq; manicis induti, circa obsequium Altarium obversentur. Alias cum frequentior eorum numerus ad pulsum Campanarum vel aliud Ecclesiae obsequium requisitus fuerit, absq; omni tergiversatione juxta antiquum usum obedire tenebuntur, sub poenis à Perillustri Custode vel Canonico Procustode, aut his absentibus vel recusantibus,

a Domino

a Dño Canonico Procuratore infligendis.

Caput XXXVI.

De Ordine Devotionis et Ritibus Sacris.

Ad servandam uniformitatem in Ordine Divinorum Officiorum, et Sacrorum in hac Ecclesia Rituum, statuitur, ut Cursus Devotionis de die in diem per totum annum exacta observatione coordinandus in Tabella Sacrario Ecclesiæ affigenda describatur, et perpetuis temporibus observetur, ~~ne~~ |quolibet anno eundem immutari contingat,| cum adjectione Processionum, prescriptione Expositionis SSmi Thurificationis Altarium, Indulgentiarum, et aliarum particularium in hac Ecclesia Ceremoniarum sub directione et attendentia Dñi Canonici Procustodis.

Caput XXXVII.

De suffragijs pro Defunctis Confratribus.

Charitate Dei et proximi urgente necesse est, ut ii quos vinculum mutuæ Societatis junxit in vita, etiam à sociis suffragium suarum expectent animarum post mortem. Proinde Statuto perennis memoriæ sanitum esto, ut defuncto aliquo

ex Prelati

Prelatis vel Canonicis hujus Collegiatæ, à prima statim dummodo certa notitia Campanæ omnes Ecclesiæ per tres dies continuos temis quotidie viribus pulsentur, et pro anima defuncti, per Dnos Canonicos residentes cum Vicarijs et aliis Communitatibus gratis, si id tenuitas substantiæ defuncti exposcat, alias salva congrua omnibus consolatione absolvatur, Ejusq; anima saltim semel pro conuione orationibus Fidelium commendetur. Quilibet autem Prelatus et Canonicus per Dm Canonicum Procuratorem avisandus tres Missas lectas per se vel Substitutum Presbyterum pro anima defuncti Confratris absolvere teneatur gratis pro DEO et Charitate fraterna.

Caput XXXVIII.

De Anniversarijs.

Anniversariorum, quæ in hac Ecclesia ex suis Fundationibus celebrari consueverunt, habeatur Cathalogus in Tabella Sacrario affixa describendus, per Menses assignata uniuiq; die Mensis propria, ex mente Fundatoris sive determinatione Sedis Ordinariæ, isq; in Capitulis Partialibus singulis Mensibus revideat, ut omnibus innotescat, et suo die præscripto nisi sit impeditus, quodlibet Anniversarium indispensabiliter

absolvat

absolvatur, cum enim Anniversaria hujusmodi
praeipue lucrosa anticipare vel differre non
licet, statuitur, ut si quando fraude et dolo
processum fuerit, Authores circumventionis
distributione ex hujusmodi Anniversarijs
priventur, illaq; inculpabiliter pro tunc absen-
tibus applicetur. Ne verò in post controversijs
locus detur, discaptando videlicet, cui parti an-
niversarij Capitularis adesse debeat ut praesens ce-
nseatur, praesenti statuto determinatur, eos
duntaxat pro praesentibus habendos, qui saltim
tunc in Ecclesia reperiuntur, quando ultimus
versus Invitatorij canitur, serius venientes ad
participationem distributionum nullatenus ad-
mittendos esse. Collegium autem Vicariorum in
Anniversarijs duas Personas Capitulares re-
praesentabit, adeoq; duorum Capitularium praesen-
tium portiones eidem in quovis Anniversario
obvenient. Casu autem quando Solutio Census
pro Anniversario differtur, Anniversarium ni-
hilominus stato tempore absolvitur, prout tunc
Massa Capitularis Personis Capitularibus
nullam Consolationem fecit, sed in post quando
census recipitur, ita quoq; Vicarijs nihil solvere
debet, nisi censu recepto, ne tamen hac Occasione

Vicarios

Vicarios defraudari contingat, Illustris Procurator suae conscientiae incumbere intelligat.+ Ut verò Anniversarijs non lucrosis, gratis absolvi solitis omnes Capitulares interesse studeant, Charitas Dei et proximi stimulat, quae prohibet tunc otio domi torpere, quando Confratres opus laudabile et meritorium prosequuntur.

Caput XXXIX.

De Anniversarijs Communibus.

Siquidem Apostolus commendat memoriam Praepositorum Ecclesiae, Beneficentiae autem Fundatorum et Benefactorum oblivisci non est licitum, idcirco antiquo statuto adhaerendo sancit, quatenus duo Anniversaria perpetua unum pro Regibus Fundatoribus, alterum pro Confratribus et Benefactoribus hujus Ecclesiae quater in anno videlicet sub tempus ~~[illegible]~~ Capituli Generalis, ac duobus quatuor temporum Quadragesimae scilicet et Adventus ~~[illegible]~~ et Mense Septembri per Capitulares et Vicarios cum novem lectionibus et Missa cantata absolvantur, eoq' intuitu ex Massa communi Capituli, unicuiq' singillatim Vicario florenus unus pro quolibet praemissorum anni

versario

versario persolvatur.

Caput XL.

De Anniversariorum Admissione

Cavetur presenti Statuto, ne Fundationes Anniversariorum vel quarumcunq; obligationum in oneris solvendi eas ex proventibus Ecclesiæ vel Capituli admittantur, quacunq; etiam interveniente Ecclesiæ necessitate, sed quicunq; eas in casu Capituli collocare voluerit, non aliter nec aliàs per Capitulum suscipiantur, quam in extenuationem ad tempus, si verò extrema aliqua necessitate Ecclesiæ urgente, summa quæpiam Fundationis perpetuæ in rem Ecclesiæ convertatur, ea quam primum ad summum intra decursum triennij exsolvatur, et super aliis Bonis locetur salva inter illud triennium obligationibus satisfactione. Alias quicunq; ex Capitularibus Fundationum Anniversarij super proventibus Ecclesiæ locaverit, sibi ipsi imputabit, quod ea per extenuationem erunt exsoluta. Porro Anniversaria perpetua in hac Ecclesia locum non habebunt, si ad mi

nimum

nimum floreni 5000 in summam Capitalem non fuerint inscripti, pro quorum censu Officium Defunctorum novem lectionum cum Missa Cantata absolvi possit, attenta solutione per medium Census ab ea provenientis, minor quinq; millibus summa, tantum in extenuationem suscipiat.

Caput XLI.

De Jure Parochiali.

Postquam pluribus retro saeculis Ecclesia haec Collegiata simpliciter existeret, factum est novissimis his temporibus ut necessitate sic exigente cura animarum de Ecclesia SS.m Apostolorum Petri et Pauli, quam modo Collegium PP.m Soc. Jesu obtinet, ad eam transferretur Decreto et Beneplacito S.ae Sedis Apostolicae sub Datt. Romae Anno Dni 1717mo Ejdus Novembris intercedente, eoq; respectu ad praesens Collegiata simul et Parochialis habetur, ideoq; et cura animarum Civitatis Sandomirien. cum adjunctis ex antiquo, directiva quidem ad Capitulum, executiva verò ad Collegium Vicariorum pertinet. Satagat igitur Capitulum sedulo istimet Curae animarum, quatenus rite per Vicarios administret

administretur, attendere, ejusq̃ rationes et diligentias vel negligentias in singulis Capitutulis Generalibus examinet, ac ea omnia quae directioni Curae animarum incumbunt, religiose et exacte observet ac exequatur, tanquam DEO et Authoritati Ordinariae rationem redditurum. Illustris Decanus, qui à Saeculis ex Privilegio Sedis Ordinariae Jurisdictionem immediatam super Vicarios exercet, regimini eorum, ac curae animarum executioni strenuè perse, vel Plenipotentem suum Praelatum aut Canonicum in Actis Capitularibus inscriptum invigilet, quodsi hujusmodi Plenipotentem non inscripserit, suum Praelatum aut Canonicum in Actis Capitularibus inscriptum aut si tam ipsum Illustrem Decanum, quam ejus Plenipotentem seu Vicesgerentem inscriptum longe abesse contigerit, liberum sit /: absq̃ tamen praejudicio quovis Illuñis Decani :/ Capitulo, hujusmodi Vicesgerentem in Capitulo Generali seu aliquo numerosiori designare, et illi eadem omnia, quae ad Illustrem Decanum respectu Vicariorum

spectant

spectant validè et licitè peragere, quia verò data Jurisdictione censetur data esse omnia, quæ ad eam ritè administrandam et exequendam requiruntur, idcirco statutum esto: quod Illustris Decanus Vicarios instituere, destituere, Capitulis ~~eorum~~ Viciriorum præsidere, debet, eosque punire, corrigere, pœnâ Suspensionis à Divinis. Sessione carceris castigare, canonicè ad privandum monere, et et si bis moniti non resipuerint, ad privationem eorum procedere valeat et debeat, in præmissis omnibus Processum Summarium servando. Quæ omnia Vicesgerenti Ejus, sive per Capitulum designato competent.

Caput XLII.

De Officiis Parochialibus

Pro ratione Juris Parochialis in hac Ecclesia singulis diebus Dominicis et Festis Missæ Summæ seu Conventuales cum applicatione fructus pro Fundatoribus, Benefactoribus, ac Parochianis vivis et Defunctis per Prælatos et Canonicos celebrentur, ultra eas, quæ

Vicariis

Vicarijs per Ordinationem cure animarum sunt imposita, aliaq; Ecclesiis Parachialibus Devotiones usitata non interminantur. Confessiones Christi Fidelium diligenter excipiant, et si aliquando fiat Concursus populi major, nec non durante Confessione Paschali, aut Jubilaei interveniente, in ijs excipiendis Vicarij à Prelatis et Canonicis adjuventur, signanter autem hoc strite observetur, ut tardantibus aut negligentibus Vicarijs descendere ad aliquem infirmum, etiam Prelatus et Canonicus residens venire non recuset, ne aliquem decedere contingat sinè Sacramentis, ex quo enim per applicationem fructuum Beneficij Parochialis in distributiones quotidianas DD. Residentes sentiunt commodum, consequens est ut etiam sentiant onus. Declaratur vero Illustres Capitulares non debere administrationi Sacramentorum Baptismi et Matrimonij sive in ipsa Collegiata, sive tantomagis in Ecclesiis extraneis se ingerere, nisi facto verbo cum Rndo Hebdomadario et previa satisfactione Juribus Stolae Vicarios concernentibus, potissimum verò à benedicendis Matrimonijs absq; assensu positivo, ac quod melius foret, etiam assistentia Rndi Hebdomada-

rij

rij Illustres Capitulares abstineant.

Caput XLIII.

De accidentijs Parochialibus et Funeralibus.

Curam animarum executivam comitantur, accidentia Parochialia, quae proinde omnia /: exceptis duntaxat funeralibus :/ Collegio Vicariorum cedere debent, ne tamen in eorum extorsione depactationes practicentur, Illustris Decanus et totum Capitulum attendere obligatur. Funeralium verò quae Ecclesiam concernunt, nomine, intelligi debet totum, quod pro loco sepulturae, pulsu Campanarum cera, vino, apparamentorum usu, ac aliarum rerum, quae atteruntur et consumuntur, concessione debetur, de his cum recurrentibus componere et concordare spectabit ad Illum Procustodem, qui tamen ad faciendam occasione accidentium concordiam falcem mittere non poterit, sed pro his componendis recurrentes ad Vicarios seu Hebdomadarium remittat. Taxa verò Funeralium Ecclesiam concernentium regulabitur secundum justitiam, prudentiam, et aequitatem, quam Capitulum /: attentis taxis per Sedem Ordinariam restrictis et constitutis :/ moderabitur pro semper observandam, nisi forte justa Causa poscente

te eandem rursus reformari contingat, cujus copia in manibus D. Procustodis manebit, qui importantiam ex funeralibus provenientem quolibet quartuali ad manus D. Procuratoris consignabit. Quoniam verò angustum cœmeterium cadavera ex vulgo capere nequit, idcirco istis designatur locus in cœmeterio Sancti Adalberti extra muros juxta conventionem cum Communitate Mansionariorum initam. In cujus rei memoriam statuitur ut ibidem ipso die sive postridie commemorationis, O. Om. Fidelium Defunctorum Missa cantata cum cum Processione funebri per Vicarios annuatim peragatur. In sepulturis mortuorum extra Parochiam Sardomiriensem domicilium habentium, aut casu vel ex libera electione in hac Ecclesia Collegiata tumulandorum, non amplius habebunt partem Vicarij, quam ut ipsis contingens pro obsequiis prestitis persolvatur. Dum verò aliquis Parochianus ex libera electione in Ecclesia extranea sepelitur, ac quarta funeralis Ecclesiæ cedit, justum est ut ex eadem quarta Vicarij congruam portionem participent, quod Justitia Capituli de

mandat

mandatur, id quoq; presenti Statuto solenniter cautum esto, ut de mortuo Vicario Collegiatæ, pulsus campanarum, locus sepulturæ, vinum, cera, et ornatus pheretri præstentur omnino gratis, de mortuo verò Mansionario, aut Psalterista, pulsus itidem Campanarum, locus sepulturæ, et ornatus pheretri tantùm, gratis concedantur, reliqua autem Substantia Defuncti, aut Massa Communitatis subministret.

Caput XLIV.

Om: De Collegio Vicariorum.

Præsentis Statuti sancito magnopere inculcatur Capitulo sedula et strenua vigilantia quatenus innovanda Collegij Vicariorum Erectio, Ordinationesq; pro iis faciendæ ad amussim observentur. Pro inserto item hic haberi debet Statutum de persolvendis Collegio Vicariorum per Prælatos et Canonicos pensionibus, in immediata Visitatione conditum ac approbatum, quod videlicet in quovis Capitulo Septembrali Illustres Præpositus, ut antiquus usus jam obtinuit persolvet florenos centum, Archidiaconus florenos centum, Cantor juxta antiquum usum Decreto Capitulari cautem florenos ducentos. Scholasticus vigore compositionis cum Vicarijs initæ

florenos

" Decanus ut ab antiquo conovevit flor. centum.

floren. centum viginti Massæ Communitatis Vicariorum, Magistro Scholæ floren. centum viginti, Cantori quinquaginta florenos quotannis, Custos flor. ducentos Canonici fundi Turebska floren. quinquaginta, Zaiączkowska floren. centum viginti, Kobiernicka floren. centum, Fundi Dziewkowska floren. 30. Annuli Reginalis flor. 15., Fundi Lukarska floren. 50. præter flor. centum quos Vicarijs in vini ansis quotannis persolvit ex duobus eorum laneis, quos in Lukary conseminat. Fundi Dwikozy flor. 500. Fundi Krzczonowska flor. 60. Fundi Mydłowska flor. 40. Fundi Kunicka flor. 100. Fundi Bielpuska flor. 20. Fundi Radoszycka flor. 20. Canonicus Procustos flor. 60. Illustres Canonici Concionatores et Pœnitentiarius uti immediatè in curam animarum influentes à persolutione pensionum Vicarijs, liberi sunto. Quia verò omninò consentaneum est, ut Collegium Vicariorum habeat aliquam Massam peculij in ærario Capituli reconditam, quæ in urgentes Bonorum ac Domus Vicarialis necessitates expendi posset, ea propter sancitur quatenus ex supra

Simptus

scriptis pensionibus illae duntaxat ad Massam Vicariorum seu ad manus Procuratoris eorum persolvantur, quae ex antiquo usu illis debentur. hae verò pensiones quae novo Statuto supra enunciato constitutae sunt, non ad manus Procuratoris eorum, persolvantur, sed ad manus Illustris Canonici Procuratoris quotannis praevia quietatione exbursentur, ing separata arcula: quae Vicariorum semper esse et dici debebit: in erario Capituli conservanda recondantur, regestra earum scribantur, juxta quae quivis Procurator circa expirium muneris sui calculum Capitulo praestet, praenumeratiog peculij colluti fiat, quod Capitulum fideliter custodiat, in necessitates Vicariorum emergibiles. Ad effectum vero exacte praeditarum pensionum exsolutionis hic rigor servetur, quod videlicet si aliquis Capitularis in ea pendenda morosus erit, bina requisitione per Decretum Capituli sive Generalis sive Partialis ad instantiam sive Illustris Procuratoris, sive Procuratoris Vicariorum moneatur, quibus subsecutis, si iterum renitens erit, protunc Capitulum Generale sequestrum proventuum Fundi ejus deveniat per Illmum

Procuratorem

Procuratorem intra Semestre effectuandum, adhibito ad id etiam brachio Sedis Ordinariæ, coram qua renitentes idem Illustris Procurator conveniat, expensis Capituli Majoris ex Sequestratis fructibus renitendum compensadis

Caput XLV.

De Communitate Mansionariorum

Communitas Mansionariorum Ecclesiæ huic adscripta et deserviens non tantum a protectione, verum etiam a regimine Capituli noverit se dependere, Eiq' per omnia subordinari, quapropter R.R. Mansionarij Protectorem suum aliquem ex Prælatis et Canonicis Residentibus per Capitulum Generale deputandum agnoscant, eiq in omnibus honestis et licitis morem gerant, et quidquid ipse corrigendum et reformandum statuerit, nisi evidenter Legibus Ipsorum aut æquitati contrarietur, exequi et observare studeant, neq' se absq Ejus consensu quisquam per duos dies ab Ecclesia et Officio suo absentare præsumat. Erit autem Capituli

circa

circa hanc Communitatem sollicitudo, ut semper numerum præscriptum Personarum habeat, Bona et proventus recte administret, et obligationibus Cursus Bssmæ Vs Mariæ ac Missarum satisfaciat.

Caput XLVI.

Om: De Communitate Psalteristarum.

Quæ de Communitate Mansionariorum immediatè sunt præscripta, Psalteristis quoq; per omnia /: etiam quoad deputationem Protectoris :/ conveniunt, verùm quia proventus eorum satis exigui sæpius faciant eos indigere, attendet Capitulum ad occasionem aliquam, inopiæ ipsorum subveniendi, ut auctis proventibus Communitas quoq; in Personis augeri possit, taliterq; pro decore Ecclesiæ hujus ad psallendum nocte dieq; sufficiat.

Caput XLVII.

Om: De Præsbyterio seu Xenodochio Sacerdotum.

Fundatio Præsbyterij seu Domûs pro emeritis ac senio confectis seu alias ad servitium Eccle

Ad

Ecclesiæ ampliùs inutilibus Sacerdotibus ex Officialatu Sandominien. assumendis, siquidem ex beneficentia Illustris olim Raphaelis Rosicki Archidiaconi Sandominien. assumendi habet esse, et eodem respectu protectioni et tutelæ Capituli hujus est subjecta, Curæ proinde illius erit rebus hujusmodi Domus providere, et mentem fundatoris in Erectione præscriptam in omnibus adimplere, non tantùm per DD. Canonicos Procuratorem et Procustodem qui ejus Provisores sunt constituti; sed etiam perse in generali Capitulo, proventus ejus examinando, ac etiam Domum ipsam et personas in ea constitutas per Deputandos visitando, rationes Præpositi discutiendo, deq̃ modo fovendi et tractandi Sacerdotes senio confectos inquirendo, et quod visum fuerit ad reformationem opportunam statuendo, atq̃ ut etiam Clerici tam ex præscripto Erectionis, quam ex augmento fundationis determinati in ea domo conserventur, et Ecclesiæ Collegiatæ in omnibus Festivitatibus

bus deserviant, attendendo.

Caput XLVIII.

De Ecclesia Samborsensi.

Ex quo Ecclesia Samborsen. proventus in commodum Ecclesiae hujus, videlicet in distributiones quotidianas ordinati sunt, magnopere incumbit Capitulo, ut eandem Ecclesiam Samborsensem in notabili cura habeat. Proinde sacrosancte attendatur, ut praescriptae Incorporationis leges ad amussim observentur, potissimum verò juxta tenorem ejusdem Incorporationis de Anno in Annum ex reditibus incorporatis trecenti floreni Polon. detrahantur, ac in cista seorsiva recondantur, expendendi in reparationem ac alias necessitates Ecclesiae Samborsen. In ea itidem Incorporationi satisfiat ut ubi confluxus populi postulaverit, Capitulum aut per Personas Capitulares, aut per Vicarios Collegiatae, Commendarium Samborsensem adjuvari, nec non frequenter eandem Ecclesiam visitari faciat.

Caput XLIX.

De Lem

De Seminario.

Quod Seminarium Clericorum respicit, multis titulis Capitulo incumbit obligatio illi sedulo attendenti; hoc enim et Fundatorem Illustrem olim Leopoldowicz Canonicum recognoscit, et Sanctominiae praeter caeteros fines, adhunc quoq; institutum est, ut ex Alumnis, Collegiata haberet obsequium. Dabit igitur Capitulum exactam operam et attendentiam, quatenus praescripta pro eodem Seminario accurate adimpleantur, alumniq; opportuna scientia imbuantur, ut in utiles in vinea Domini operarios evadere possint, ad quem effectum obtinendum Moderatores ejusdem Seminarij in casu alicujus negligentiae, Capitulum monendi jus habeat, ac si impersuasibiles reperent, Sedi Ordinariae quantocyus deferre non intermittat.

Caput L.

De Schola Parochiali.

Schola Parochialis, quae juventutem praesertim conditionis miserae, Catholicis Dogmatibus

et lite

& Literature principijs imbuit, ac quo commodum ipsimet Collegiatae praestat, adolescentes ad serviendum Missis subministrando, ut in maxima cura habeatur, Capitulo praecipue verò Illustri Scholastico inculcatum esto. Foveatur semper Magister Scholae Clericus, aut saltem habitum clericalem deferens, per Illustrem Scholasticum pensione floren. 120. annuatim salariatus, modestia & morum probitate commendatus, ad tradenda verò adolescentibus dogmata Sacrosanctae Fidei et Literarum principia idoneus, in cujus indocendo sedulitatem, in interpsendo cum Scholaribus devotioni, exactitudinem /: praeter Illum Scholasticum cui id de jure incumbit :/ Illustres Canonici Procurator et Procustos diligentem attendentiam in solidum habeant, certis temporibus indeliet saltem singulis quatuor temporibus Scholam visitent, de profectu adolescentium tam in Cathesi, quam in Literis inquirant, in mores Pueritis animadvertant, pro levioribus defectibus ipsimet eundem redarguant, corripiant, pro majoribus verò Illustri Officiali Loci puniendum deferant.

Apud Ll

Caput LI.

De Cantore Parochiali.

Necessitate utriusq; tituli hujus Ecclesiæ exigente unus Cantor tam Choralis quàm Parochialis conservabitur semper, qui Missis Conventualibus et alijs quibus tenebitur, assistat, et pro choro cum Organario Ecclesiæ decantet, aliaq; munia Ecclesiæ Collegiatæ consueta obeat, et insuper functionibus solitis Parochialibus intersit, proquo Salarium annuum centum florenorum percipiet per medium à Capitulo ex proventu Parochiali, et Illustri Scholastico solvendum, cui insuper auidentia Funeralium, quibus assistet, justa usum aliarum Ecclesiarum debebuntur.

Caput LII.

De Hospitalibus pauperum ad Sm Hieronymum et SSm Petri et Pauli Parochiali.

Hospitalia Pauperum bina antea cure

Paro

Parochiali Sandominien. subjecta, modo vero Capitulo subordinata solicitudinem ejus requirunt ut Capellanus unus duntaxat utriusq. foveatur, qui obligationibus tam in cura Pauperum, quam in absolvendis Missarum oneribus satisfaciat rationesq. ejus in Capitulis Generalibus examinentur, quod ut exactius procedat, designandus ent semper unus ex DD. Capitularibus Hospitalium hujusmodi Provisor ad effectum frequentioris et exactioris attendentiae.

Caput LIII.

De Altaristis Parochialibus.

Cum cura Animarum ad hanc Ecclesiam Collegiatam translata, auxerit eidem numerus Beneficiorum et Beneficiatorum ex Capellanis septem Altarium Parochialium suo loco de titulis et eorum adunatione specificatorum cum Missarum ac aliis obligationibus, quae ut rite adimpleantur, non intermittat Capitulum diligentem adhibere vigilantiam.

Caput LIV

Caput LIV.

De vita et honestate DD. Capitularium

Gradus quem DD. Prelati et Canonici in hac Ecclesia Insigni et prima post Cathedralem Collegiata obtinent, quanto est aliis excellentior, tanto majorem honestatis et morum probitatis exigit haberi rationem. Contendent igitur DD. Capitulares ita cæteris antecellere, ut inferiori Clero non Offensione et Scandalo, sed bono et laudabili præeant exemplo, præcipuè autem Societatem Personarum suspectarum declinare, et familiam honestam fovere conabuntur, ut hi qui ex adverso sunt, nihil habeant mali dicere de illis.

Caput LV.

De correptione Fraterna et Correctione.

Ad evitandam ignominiam totius Capituli propter aliquarum Personarum discolos

mores

mores, si ad Forum contentiosum deduant, datur potestas Generali Capitulo aliqua vitia et excessus Personarum Capitularium corripiendi et corrigendi servato tamen Ordine correptionis Fraternae, ita ut liberum sit senioribus inferiores admonere. 1mo inter se et ipsum citra tamen offensam, quod si non resipuerit, Praelato Residenti et Praesidenti deferre, ipsiq; excessivum in praesentia Delatoris vel alterius Confratris adhortari, si verò nec sic defectus correxerit, licitum esto Praelato Praesidenti hujusmodi Personam toti Capitulo Generali cum suis defectibus propalare, auditaq; justificatione postquam Is è Capitulo secesserit, Eundem cum Capitulo judicare Decreto in seorsivo Prothocollo interposito, idemq; Decretum executioni per Censuras Suspensionis à Divinis demandare omni prorsus sublata provocandi aut appellandi facultate.

Caput LVI.

71

De Habito

De Habitu Canonicali.

Insigne hoc Capitulum Cathedralibus æquipollens jure sane optimo privilegiatum est sedis Ordinariæ beneficio super usu Rochetti et Mantoletti, quos tamen habitu cum ea decentia: Illustres Capitulares utantur, prout ejus dignitas et prerogativa postulat, maxime verò attendatur ut uniformem semper ejus observent usum, et quidem à pervigilio Sancti Stanislai Martyris et Diœcesis hujus Episcopi usq' ad Festum S. Michaelis Archangeli inclusivè deferent super Rochettis Mantolettum, post Festum verò S. Michaelis usq' ad pervigilium S. Stanislai vestè talari ut vocant Palendra super Rochetto, seu ut dicitur medio

73

Authores Italici Spirituales et Politici

A.				
Donna	Andreini Isabella Lettere.	1647	pap rub.	in 12.
	Assarini Luca Scelta delle Lettere	1663.	albg	in 12.
Poeta	Andrea dell Anguillara Metamorph d'Ovidio	1624	albg	in 24.
Poeta	d'Ariosto l'Orlando furioso lib 2:	1668	albg	in 24
Poeta	d'Antisari Domenico Leopoldo o Vienna Liberata	1693:	albg	in 12.
Poeta	d'Abbati Antonio Trascherie	1683	albg	in 12.
Poeta:	Albani inamoramento Paris et Vienna		pap	in 12.
	d'S Anselmo Meditationi.		albg	in 12
	Bolle e Privilegi del Monte S. della pietà di Roma.			
B.	Bartholi Daniello Recreatione del Savio	1676	albg	in 12.
	It Symboli trasportati al morale lib 2. parte 1ma e 2da — — —	1689	albg	in 12.
	Borri Chrystoforo. Relatione della Missione al Regno della Coccinana.	1631	pap	in 8.
	Boni Specchio di Confessione —	—	albg	in 24.
	Bartholi Baldasele glorie Maestose del Santuario di Loreto: Exemplaria 3.	1699	pap.	in 8.
Vesuvio	Bulifon Antonio Compendio Istorico de Vesuvio.	1698	pap	in 12
	It Lettera degl'Incendi del Vesuvio.	1694.	pap	in 12.
Poeta	Bruni Antonio Epistole Heroiche	1697.	alb	in 12.
	De Bois Giacomo. Gram. Francese.	1680	alb:	in 12.
	Bocaccio Giovani il Decamerone Giornate 10.	1556.	albg	in 8.
	di Beltrano Ottavio. Almanaco perpetuo Exemp 2.	1696	pap	in 8.
	di Baldessar Conte. Il Corteggiano.	1573	alb	in 8.
	Calderini Caesaris Caleping parvus.	1636	albg	in 4.
	It dittionario o Tesoro della lingua.	1636.	albg	in 8.

Arkuszy 3.

B. C.

	Botteri Giovanni Ragione di Stato.	1596.	albg	in 8vo
Poste	Buratino Veridico Poste Universali	1684	albg	in 12.
	Bassiano. o Maggior Impossibile Drama			

C.

	Calderini Sotto B. Vide.			
	Calamata Alessandro Selva di Concetti:	—	albg	in 4to
	di Cutillo Lorenzo Ricordi Politici e spirituali	1646.	albg	in 4to
	di Causino Nicolo: La Corte Santa.	1640	albg	in 12.
	Caraffa Vincenzo Generale S.I. Itinerario per l'altra Vita.	1665.	pap	in 12.
	It discorsi cinque Academici. —	—		in 24
	Caraffa Tomaso. Dicerie Poetiche.	1669	pap:	in 12.
Venezia	Coronelli Guida di Venezia ~~Exemplar~~	1697.	pap	in. 4to
	It un altro. — —	1706.	pap	in. 24
	Contari. Gaspara Republica di Venezia.	1678.	Alger	in 12.
Fugilotio	Costo Tomaso. fugilotio	1678.	pap	in 12.
	Cartari Vicenzo Imagini degli Dei Antichi.	1580	albg	in 4.
	Di Cortona Francesco. Dittionario. Italico.	1585	albg	in 8.
	Capaccio Cesare. delle Imprese trattati.	1592	albg	in 4.
Poeta.	Caropoli Carlo Magno o La Chesa Vendicata.	1659	albg	in 24.
	Carboni Le piaghe del hebraismo			
	~~Confusione della Setta Mahometana~~			

D.

Poeta	Dante Comedia.	1624	allog	in 24.

F.

	Francisconi Compendio Lingue Italicae.	1666	all	in 24.
	It Fax lingue Italicae.	1646	all	in 12.
	It Gramma della lingua Italiana Franc. Spagnola	1664	allog	in 12.

G.

	Gennari Teodoro Sermoni sopra il decalogo	1698	pap	in-12.
	di S. Giuseppe il Ritratto.		allog	in-12
	Giuliani Luigi. Quaresimale.	1675	allog	in-4.
	It Scuola della Verità.	1674	allog	in-12.
	It Giuliano Quaresimale.		allog	in 4.
Roma	Guida Angelica in Roma	1698		
	It Descrittione delle 4 e 7 Chiese di Roma			
	It Descrittione di Roma antica colle stampe	1697	all.	in 8.
	Descrittione di Roma moderna - -	1697	allog	in 8.
	Roma Sacra Antica e moderna insieme.	1700	allog	in 8.
	Groto Luigi Lettere familiari	1606.	allog	in 4.
	Guazzo Stephano Lettere - - -	1596.	allog	in 8.
	Galesini Pietro Dittionario. Exempl. 2.	1684	pap	in 8.
	Goffoi Ludovico. Tyrocinio lingue Italicae.	1701	allog	in 12.
Exempl. 2	It L'Art d'enseigner la langue Francoise.	1700	allog	in 12
Poeta	Guarini Battista Pastor fido	1696	allog	in 12.
	Governi delle Corti de' Principi. - -			in 4.
	Guicciardini Francesco. Avertimenti Civili	1683	vendo	in 4.

G. H. I. L. M.

	Giucciardini Pacco di Roma.	1664	albg	in 12
Enigmi	Giulio Cesare ducento Enigmi — —	—		in 8
	Giaalfacqui Confusione della setta Machometana		albg	in 8
	Horcher. Philippi et Cataldi Antonio. et Sylvio Belli: Libri Geometrici.	1605.	albg	in 4.
	Historicae Relationes. Latino et Italico stylo.		Vindo	in 4.

I.

L.

	Leonardelli Annibale: S. I. panegyrici sacri.	1694	pap	in 12
	Lanfranco Margotti Lettere. — —	1627	inorato	in 4to
Poeta	Lalli il Tito. ò Gerosolemme desolata.	1635.	albg	in 12.
	di Leone Rabbi: historia dei Riti hebraici			

M.

	Marchese Francesco. Speranza delli Peccatori nel sangue di Giesu Xo.	1670	albg	in 8
	Manipulus Curatorum.	1542	albg	in 24
Napoli.	Mormille Gioseppe descrittione di Napoli	1670.	albg	in 8.
	Malvezzi: delle vite d'Alcibiade.	1656	albg	in 12
	Ibid. Il Coriolano. e Davide perseguitato.			

	Malvezzi: Opere historiche e Politiche.	1656	albg	in 12
	It. Il ritratto del Privato Politico	1636	albg	in 12
Rosalinda	Morandi Bernardo Rosalinda.	1693	albg	in 12
Roma	Martinelli Roma ricercata. Exempl 2.	1680	pap	in 8.
	Madonna della Vittoria in Roma —	—	—	in 12
	Menichelli Giacomo Sommario delle Vite d'Imperatori	1688	pap	in 12.
Exem 2	Mayer Matteo Villa benedetta o Ludovesy in Roma	1677	pap	in 12
	Martinelli Domenico Horologi Elementari.	1669.	pap	in 4.
	Mattei Pietro historia d'Eliosciano.	1627	albg	in 8
Coloandro	Marini Ambrosio Coloandro fedele. parte 1ma. 2da: et 3tia. Libri duo.	1664.	albg	in 24.
Poëta	Marini L'Adone. libri duo.	1623	albi	in 12.
	It. Marini Rime.	1612	Niger	in 24.
Poëta	Merlini Macaronica inter Latinos vide.			
Poëta	Mazzoni la Babylonia distrutta.	1601	albg	in 24.
	Muti La Gismonda.			
Poëta	Martyrio Crudele di S. Simone di Trento.			
	Matthei Pietro l'historia di Francia in Venet	1638	—	in 4.

N.

O.

	Obicino Bernardo discorsi Evangelici par 2.	1613	albg	in 4to.
	Oliva Paulo S.I. Lettere tom 1. inorato.	1601	Niger	in 4to.
	Offredi Pietro La Saviezza Politica.	1624.	albg	in 12.
	Ovidio le Metamorfosi.	1624	albg	in 24.

P.

	Paolucci Scipione Panegyrici Sacri p. 1. 2. et 3. Lib 2.			
	di Pavone Francesco S.I. Meditationi.	1652	albg	in 12
	Passerone Ludovico Guida Geografica.	1601.	albg	in 12.
Ormondo	Pona Francesco L'Ormondo.	1636	albg	in 12
	Poste Universali: Exempl 2. —	—	—	in 24.

Poëta	Petrarcha.	1638	alb	in 24.
Poëta	Preti Girolamo le Poësie	1651	albg	in 24.
	Politici Discorsi.	1599	albg	in 4to
	Parutta. Paulo Historia Veneziana.	1646	albg	in 4to
	Pucci Benedetto. Idea delle Lettere.	1642	albg	in 8vo
	Proverbi Italiani	1624	albg	in 12
	Proverbi Italiani e Francesi.	1679	albg	in 8.
	Proverbi Italiani p alphetu	—	—	in 12.

R.

	Ranucci Palavicino. I trionfi dell'Architettura	1667	pap	in 4.
Gaëta	Rosetti Pietro descrittione di Gäeta	—	pap	in 12.
	Raymundi Francesco Lettere. Exempl 2.	1702.	pap	in 12
Mercurio di Roma	Rossini Mercurio Errante di Roma.	1693	albg	in 12.

S.

	Segneri Paulo. il Christiano Instruito nella sua Lege. parte 1 et 2. Libri duo.	1690	pap	in 4.
	It Panegyrici Sacri. part 1 e 2 insieme.	1696.	pap	in 12.
	Saluttij Bartholomo. Scuola del divino Amore	1608	albg	in 24.
Curioso	Successi differenti lib 1.		albg	in 12.
Italia	Scotti Francesco Itinerario d'Italia Exemp 3.	1700	albg	in 8.
Pozzoli	Sarnelli Pompeo Guida di Pozzoli colle Rame.	1697.	albg	in 12.
Napoli	It Guida di Napoli colle Rame.	1697	albg	in 12.
Roma	Sestini Relatione della Corte di Roma	1702	albg	in 12
	et Roma Ricercata insieme.			
	Don Selves della Selva. l'Historia.	1550	albg	in 8.
	Soranzo Lazaro L'Ottomanno.	1600	albg	in 4.
	It un altro	1607	albg	in 12
Poeta	Sennazaro. l'Arcadia.	1638	albg	in 24

T

	Di Tesauro Emanuele Panegyrici par 3.	1671.	niber	in 12
	It p. 1. 2 e 3.			
Poeta	Tasso Tostato. Rime e Prose par 1. 2. 3. 4. 5. 6. Libri Sex. It vita del istesso lib 1.	1621	albi	in 12.
	La Gerosolemme Liberata - - -		albg	in 24.
	Thomas a Ieempis dell'Imitatione di Giesu.			

V

	Veneroni Dittionario Italiano e Francese:	1698	albg	in 4to.
	It Maitre Italien.	1699	Niger	in 8.
	It un altro - - - - -	1690	albg	in 12.
	It Gramm Italica et Gallica Germanica	1699	albg	in 8.
	It. Dictionaire Francoise et Italien ~~[illegible]~~ tom 1. et 2. Lib 2. Dorato	1681.	Niger	in folio.
Poeta	Usparo: Candido. Anatomia degl'Ipocriti	1699	pap	in 4.
	Vita o Compendio della B. Catherina di Bologna			
	Valtheri Essentia lingue Italice.			

Z.

	Zunica diego Il fa per tutti:	1698	pap	in 12.